

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

De facili susceptione Argenti vivi. Cap. XXXVI

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

De facili susceptione Argenti vivi.

CAP. XXXVI.

IAm igitur vobis patuit veridice maximam argenti quantitatem continentia perfectione existere corpora: Et ideo maxime argento vivo amicari magis. Quamobrem autumandum, corpora magis perfectioni approximare, quæ magis amicabiliter argentum vivum combibunt. Et hujus est signum, argenti vivi facilis susceptio à solari aut lunari perfectionis corpore. Ob hujus igitur rationis causam, si quidem alteratum corpus de facili in sui substantiam argentum vivum non suscipiat; à perfectionis maxime complemento distare necesse est.

De complemento totius operis.

CAP. XXXVII.

Quia pertractavimus igitur hujus magisterii causarum sufficientiæ experientias notas, secundum nostri propositi sermonis exigentiam; Restat nos ad complementum totius operis divini pervenire in capitulo uno: & in summam contrahere sermonis abbreviati in capitulis dispersum magisterium. Dicimus igitur: quoniam totius operis intentionis summa non est, nisi ut